



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

VI. De populi necessario commisso.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

reddenda gesta sua omnia servabuntur.

Item in eisdem decretis cap. xxv. scriptum Pœnit. Rhab.  
est quod qui preces criminales dictant, ha-  
beantur immunes: Illud etiam sciscitari volui-  
sti, an preces dictantibus liberum concedatur, utique post baptismi regenerationem, à Prin-  
cipibus poscere mortem alicujus, vel sanguinem de reatu. Quam rem Principes nunquam sine cognitione concedunt, sed ad judices com-  
missa ipsa vel crima semper remittunt, ut, causa cognita, judicentur. Quæ cùm quæsito-  
ri fuerint allegata, aut absolutio aut damnatio pro negotij qualitate profertur. Et, dum legum in improbos exercetur auctoritas, erit dictator immunis,

*De populi necessario commisso.*

C A P. VI.

De populi autem necessario commisso, quo- modo inultum soleat præteriri, idem Papa quibusdam Episcopis de Macedonia ad inter- rogata respondens, ita scribit dicens: Provi- deat ergo dilectio vestra hactenus talia transi- se, & advertite quod utique, ut dicitis, necel- sitas imperavit, in pace etiam Ecclesias con- stitutas non posse præsumere, sed, ut sæpe ac- cedit, quoties à populis aut à turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem non po- test vindicari, multum solere transire. Priora ergo dimittenda dico Dei judicio, de reliquo maxima sollicitudine præcavendum. ] Non enim h̄ic, ut mihi videtur, iste doctor apostoli- licus dicit non necessarium esse populo pro

ibid.

*Decreta In-  
noc. I. c. 56.*

malè commissis agere pœnitentiam : sed quia  
in omnes propter multitudinem non potest  
vindicari , priora dimittenda Dei judicio ; de  
reliquo maxima sollicitudine præcavendum,  
ne fiant.

*De parricidio.*

C A P . V I I .

Pœnit. Rhab. Parricidium autem quam sit detestabile cri-  
c. 11. men , judicio factō inter Cain & Abel fratrem  
Regino lib. 2. suum Dominus ipse ostendit , cùm ad Caïn  
c. 28. Gen. 4. „ parricidam ait : Maledictus eris super terram,  
„ quæ aperuit os suum , & suscepit sanguinem  
„ fratri tui de manu tua. Cùm operatus fueris  
„ eam , non dabit fructus. Vagus & profugus  
„ eris super terram. ] In quo etiam posuit lig-  
num , hoc esti , ut gemens & tremens & profu-  
gus viveret semper , nec uspiam sedes haberet  
quietis. Sed quia in modernis temporibus par-  
ricidæ profugi discurrunt per diversa loca , &  
variis vitiis atque gulæ illecebris deserviunt ,  
melius mihi videtur ut in uno loco manentes ,  
pœnitentia disticta semetipsos castigent , si  
fortè à Domini bonitate indulgentiam facino-  
ris sui percipere mereantur. Non enim eis lice-  
bit ultrà cingulum militiæ sumere & nuptiis  
atque conjugij copula uti , quia sacri canones  
hoc eis non concedunt , sicut postmodum de  
pœnitentibus pro culpis gravibus decreta syn-  
odica decernere ostensuri sumus.

\* \* \*